

216 200
750
Doctori Carolo Frederico de Morgenstern

a consiliis publicis;

Ordinum Sanctorum Stanislai et Wladimiri Equitum,

Universitatis Caesareae Dorpatensis Bibliothecario,

Musci artium et Seminarii paedagogico-philologici Rectori,

Academiae litterarum Caesareae Petropolitanae Sodali honorario

Societatis Caesareae Moscoviensis antiquitatum Prosficarum indagatricis;

Sodali,

Societatis litterarum Regiae Gottingensis & Academiae Italianae

Sodali per litteras agenti,

Academiae litterarum Regiae Erfurtensis, Societatum histo-

riarum Friburgensis et Latinae Jenensis Sodali honorario,

Societatum linguae germanicae excolendae Berolinensis et

Curoniae Mitaviensis litterarum et artium Sodali,

Salutem

plurimam, prosperam, integerrimam,

dicit precaturque

Augustus Fabricius.

Celsi, Viri Perillustri, quibus decoratus es, honores,

nomini quoque TWS laudes, quibus apud omnes innotuisti, confis-
 sium TTBV scribendi mihi, dupondii homini, maxi-
 me dissuadebant. Sed humanitas TWT, quae et domi et apud
 exteros peraeque celebratur, officiumque a praefectore impo-
 situm, animos augebant.

Cum enim post quinquennium aliam Salanam relin-
 querem, magnus Eichstadius, praefector meus, qui scholis
 privatis et quotidiano fere latine dicendi usu me docere
 non recusaverat, literas mihi dedit ad TE conscriptas,
 quas, si leges ita ferrent, non obsignatas TTBV, Viro
 Perillustri, traderem. - Qui quanto amore TE in quoti-
 dianis fere sermone profectus sit, vix est quod dicam.
 TE, ubi ex consilio Dorpatum adventurus fuisset, obe-
 quio, officio, pietate colerem, TWT, si quae mihi dares,
 praefecta sequerem, suadebat, admonebat, hortabatur.

Domum autem reducem res graternae, ne ex consilio
 Dorpatum irem, vetabant. Munus autem ministri TWS
 in bibliotheca Dorpatensi vacuum esse, in consistorio
 Curatoris Universitatis certior factus sum, quod ut
 mihi largiaris, etiam atque etiam precor. - Non so-
 lum enim praerogativa hoc in munere concedendo
 TTBV, vir Perillustri, competit, sed, ut verum fatear,

apud omnes constat, solam benignitatem. Utinam ad hoc
vocare candidatos.

Parem huic me fore, confido. Seminarii enim philo-
logici Senensis per biennium sodalis, per annum inte-
grum Senior fui; dein, examine rigoroso superato et
dissertatione mea contra adversarios defensa, inter quos
ipsum Eichstadium fuisse, gloriosus, Doctor in iure utroque
creatus sum. Praeterea mihi contigit, ut Societatis La-
tinae Senensis sodalis honorarius crearer. — Eam autem,
quae in me desiderabitur, in novo munere experientiam,
assiduo studio mihi comparabo, T. E. duce, ubi praecipitis
T. W. S. me docere volueris, gratumque animum piisque
me semper T. W. S. servaturum esse, sanctissime spon-
deo. — Cum vero tenui patrimonio a iure Doctore
privatim docendo prohibear, ne novi, quod ex T. W. S.
munificentia precari audeo, muneris officio minus ido-
neus sim, utrumque studium, et ministri T. W. S. et ius
privatim docentis, non copulabo, T. W. S. soli subditus.

Utinam literae commendatitiae praepetoris mei
carissimi, T. W. S. amantissimi, miraque T. W. S. devincti
amicitia, reverentia, admiratione, tantum apud T. E. Vir

217 v

Perillustro valeant, ut votis precibusque meis satisfacia-
cias! - „Nisi impossibilia aut nimia cupiveris, dictatabat
enim ille, AMICUS in mei gratiam nihil SIBI
, recusabit; hoc persuasum habeas, velim!“ -

Gratum piisque animum SIBI testatus,
semper SIBI obedientem me fore, pronūto, semper-
que beneficii memorem, a T. E. in me collati. Vale,
vir Perillustro, precibusque meis humillimis fave!
Dabam Tigae VIII^{va} Decbr. m. die. anni MDCCLXXXV.

Dr. Götzgabornan,

Inm. hiesigen florb. woffenud Willen,

Dr. Morgenspern

professor emeritus und Bibliothekar an
der Universitat

zu

Dr. Fabricius

Dorpat.